esse sed castra. Habitātūrum tū putās umquam fuisse illīc

12.1

M. Catōnem, ut *praenāvigantēs adulterās dīnumerāret* et tot

genera *cumbārum* variīs colōribus *picta* et *fluvitantem* tōtō

lacū rosam, ut audīret canentium *nocturna convīcia*? nōnne

ille manēre intrā *vallum* māluisset, quod in ūnam noctem

5

manū suā ipse dūxisset? *Quidnī* māllet, quisquis vir est,

somnum suum *classicō* quam *symphōniā* rumpī?

adultera, ae f.: прелюбодейка, любовница

Cato, ōnis m.: Катон, Mācus Porcius Cato Minor — противник Цезаря; после поражения Помпея в 46 г. до н. э. покончил с собой в Утике

classicum, ī n.: трубный звук, сигнал

convīcium, ī n.: крик, шум

cumba (cymba), ae f.: кимба (небольшая лодка), от греч. κύμβη

dīnumero, āvī, ātum, āre: пересчитывать, считать

fluito, āvī, ātum, āre: течь, плыть

lacus, ūs m.: озеро

nocturnus, a, um: ночной

pictus, a, um: разукрашенный

praenāvigo, āvī, ātum, āre: проплывать мимо

quidnī: почему (же) нет, как же не (*нар.*)

symphōnia, ae f.: оркестр

vallum, ī n.: вал; оборонительная стена

12.1 **Habitātūrum fuisse:** I описательное спряжение (coniugātiō periphrastica activa) (C§755-759)

umquam: = unquam

Habitātūrum ... fuisse ... M. Catōnem: acc. cum. ĩnf. при putās (C§1025)

12.2 **ut dīnumerāret ... audīret:** придаточное предложение цели (ut fināle C§790-793)

12.3 **cumbārum:** = cymbārum

variīs colōribus: abl. instrumenti (C§478-481)

fluvitantem... rosam: fluvitantēs... rosās, ед. ч.

использовано в собирательном смысле

tōtō lacū: = in tōtō lacū

12.4 **māluisset:** coniūct. potentiālis (C§718)

12.5 **quod ... dūxisset:** определительное придаточное предложение со сказуемым в coniūct. с оттенком следствия (C§933)

12.6 **manū suā:** abl. instrumenti (C§478-481)

Quidnī māllet: *Разве не предпочел бы ... ?* после quidnī в вопросительном предложении всегда ставится конъюнктив (C§840)

somnum suum rumpī: acc. cum. ĩnf. при māllet (C§1030)

12.7 **classicō ... symphōniā:** abl. instrumenti (C§478-481)

Sed satis diū cum *Baīs litigāvimus*, numquam satis cum

13.1

vitiīs, quae, *ōrō tē, Lūcīlī, perseguere sine modō, sine fine;*

nam illīs quoque nec finis est nec modus. *Prōice* quaecumque

cor tuum *laniant*, quae sī aliter *extrahī nequīrent*, cor ipsum

cum illīs *revellendum* erat. *Voluptātēs praecipuē exturbā* et

5

invīsissimās habē: latrōnum mōre, quōs φιλήτας Aegyptiī

vocant, in hōc nōs amplectuntur, ut strangulent. Valē.

Aegyptius, ī m.: египтянин

amplector, plexus sum, plectī: охватывать, обнимать
(отлож.)

Bāiae, ārum f.: Байи, курорт на западном побережье
Италии

extrahō, āxī, āctus, ere: вытягивать, вытаскивать

exturbō, āvī, ātus, āre: изгонять, выгонять

invīsus, a, um: ненавистный, противный

laniō, āvī, ātus, āre: рвать на части, разрывать

latro, ōnis m.: разбойник

litigō, āvī, ātus, āre: спорить, ссориться

nequeo, īvī (iī), itum, ire: быть не в состоянии, не
мочь

persequor, secūtus sum, sequī: преследовать, гнаться

praecipuē: преимущественно, главным образом
(нар.)

prōiciō, iēcī, iectus, ere: выбрасывать вперед,
швырять

revello, vellī (vulsī), vulsum, ere: вырывать,
выдергивать

strangulō, āvī, ātus, āre: душить, мучить

φιλήτης, οὔδ: любовник, возлюбленный

13.3 **illis... est:** dat. poss. (C§460)

13.4 **sī... extrahī nequīrent... revellendum erat:** cāsus
irrealis (Imperfectum + Imperfectum) (C§899)

13.5 **Voluptātēs... invīsissimās habē:** acc. duplex
(C§443-447), habēre в значении *считать*
revellendum erat: II описат. спр. (coniugātiō
periphrastica passīva) (C§762-765)

13.6 **mōre:** *свойственно, наподобие*; abl. modi (C§497)
quōs φιλήτας Aegyptiī vocant: acc. duplex
(C§443-447)

φιλήτας: Сенека использует игру слов – в греч.
φιλήτης (мошенник), φιλητής (любовник)

13.7 **in hōc... ut:** *для того, чтобы*

ut strangulent: придаточное цели (ut fināle)
(C§790)

Письмо 54

В этом письме Сенека рассказывает о недавнем обострении своей хронической болезни: судя по всему, философ большую часть своей жизни страдал от астмы. Впрочем для философа приступ удушья — не причина для жалобы на свою тяжелую судьбу, но повод поразмыслить, как сохранять самообладание даже в горе и болезни.

| | | |
|----|--|-----|
| 54 | Senecā Lūcīliō suō salūtem. | |
| | Longum mihi <i>commeātum</i> dederat mala valētūdō; <i>repente</i> | 1.1 |
| | mē invāsīt. 'Quō genere?' inquis. <i>Prōrsus meritō</i> interrogās: | |
| | adeō nūllum mihi <i>ignōtum</i> est. Ūnī tamen <i>morbō quasi</i> | |
| | <i>adsignātus sum</i> , quem quārē Graecō nōmine appellem nesciō; | |
| | satīs enim <i>aptē dīcī suspīrium</i> potest. Brevis autem <i>valdē</i> et | 5 |
| | <i>procellae</i> similis est <i>impetus</i> ; intrā hōram ferē dēsinit: quis | |
| | enim diū <i>exspīrat</i> ? Omnia corporis aut <i>incommoda</i> aut perī- | 2.1 |
| | cula per mē <i>trānsiērunt</i> : nūllum mihi vidētur <i>molestius</i> . | |
| | <i>Quidnī?</i> aliud enim quidquid est <i>aegrōtāre</i> est, hoc animam | |
| | <i>ēgerere</i> . Itaque <i>medicī</i> hanc ' <i>meditātiōnem</i> mortis' vocant; | |

aegrōto, —, —, **āre**: быть больным, болеть
aptē: впору; удачно (*нар.*)
assigno, āvī, ātum, āre: приписывать кому-л. (+*dat.*)
commeātus, ūs m.: отпуск
ēgero, gessī, gestum, ere: выносить, отдавать
exspīro, āvī, ātum, āre: испускать дух; умирать
ignōtus, a, um: неизвестный
impetus, ūs m.: натиск; припадок, приступ (*мед.*)
incommodum, ī n.: неприятность, неудобство
medicus, ī m.: врач
meditātiō, ōnis f.: подготовка; упражнение

meritō: с полным основанием, заслуженно (*нар.*)
molestus, a, um: тягостный
morbus, ī m.: болезнь, недуг
procella, ae f.: буря
prōrsus: конечно, безусловно (*нар.*)
trānseo, iī (ivī), itum, ire: проходить
quasi: как будто, словно (*нар.*)
quidnī: почему нет, как же не (*нар.*)
repente: внезапно (*нар.*)
suspīrium, ī n.: вздох; одышка (*мед.*)
valdē: сильно, весьма, крайне (*нар.*)

- 1.2 **quō genere**: *какого рода*, abl. qualitatis
1.3 **nūllum ignōtum est**: двойной отрицание дает утверждение, *всякий род болезни мне известен*
1.4 **adsigno=assigno**
Graecō nomine: abl. instrumenti (C\$478)
appellem: конъюнктив в косвенном вопросе (C\$853)
2.1 **corporis**: gen. obiectivus (C\$505)

- aut ... aut**: *или ... или*
2.3 **aliud ... hoc**: *одно дело — болеть... но это, недуг* Сенеки — серьезнее обычной болезни
quidquid est: *чем бы оно ни было*
2.4 **hanc 'meditātiōnem ...' vocant**: acc. duplex (C\$438)
mortis: gen. obiectivus (C\$505)

| | |
|---|-----|
| facit enim aliquandō spīritus ille quod saepe cōnātus est. | 5 |
| <i>Hilarem</i> mē putās haec tibi scribere quia <i>effūgī</i> ? Tam <i>rīdiculē</i> | 3.1 |
| faciō, sī hōc fine quasi bonā valētūdine <i>dēlector</i> , quam ille, | |
| quisquis vīcisse sē putat cum <i>vadimōnium</i> distulit. | |
| Ego vērō et in ipsā <i>suffōcātiōne</i> nōn dēsii <i>cōgitātiōnibus</i> | |
| laetīs ac fortibus <i>adquiēscere</i> . 'Quid hoc est?' inquam 'tam | 4.1 |
| saepe mors <i>experītur</i> mē? Faciat: ego illam diū <i>expertus</i> | |
| <i>sum</i> .' 'Quandō?' inquis. Antequam nāscerer. Mors est nōn | |
| esse. Id quāle sit iam sciō: hoc erit post mē quod ante mē | |
| fuit. Sī quid in hāc rē <i>tormentī</i> est, necesse est et fuisse, | 5 |
| antequam <i>prōdirēmus</i> in lūcem; atquī nūllam sēnsimus tunc | |

acquiēscō, quiēvī, quiētum, ere: утешать; находить
успокоение
cōgitātiō, ōnis f.: размышление; мысль
cōnor, ātus sum, āri: пытаться
delecto, āvī, ātum, āre: радовать, наслаждаться
effugio, fugī, fugiturus, ere: убегать, избегать
experior, pertus sum, irī: испытать

hilarem, e: веселый, радостный, довольный
prōdeo, iī, itum, ire: появляться
rīdiculē: смешно (*нар.*)
spīritus, ūs m.: дух
suffōcātiō, ōnis f.: удушье
tormentum, ī n.: пытка, мучение
vadimōnium, ī n.: срок явки в суд; назначенный
день

- 3.1 **putās mē scribere:** acc. cum. īnf. ([C§1016-1035](#))
tam ... quam: так ... как
- 3.2 **vīcisse sē putat:** *считает, что он победил,*
acc. cum. īnf. ([C§1016-1035](#))
fine quasi bonā valētūdine dēlector: *я радуюсь*
концу (приступа) словно хорошему здоровью,
dēlector + abl.
- 3.3 **vīcisse:** īnf. perf. āct. от vinco
distulit: cum iterativum ([C§999](#)), перфект
указывает на предшествования действия
придаточного предл. действию главного
предл. ([C§990](#))
- 3.4 **cōgitātiōnibus laetīs ac fortibus:** abl. instrumenti
([C§478](#))
- 4.1 **adquiēscō:** = acquiēscō
- 4.2 **faciat:** coniūct. concessivus или imperātivus
([C§704-709](#))

- 4.3 **antequam nāscerer:** *прежде, чем я родился*
nāscerer imperf. coniūct. āct. 1 pl., coniūct.
после antequam, где действие придаточного
предложения предшествует действию в
главном ([C§982](#))
nōn esse: *небытие, субстантивированный*
инфинитив
- 4.4 **id quāle sit:** coniūct. в косв. вопросе; id
относится к non esse ([C§853](#))
- 5 **sī quid in hāc rē tormentī est:** *если есть что-то*
мучительное в этом деле, tormentī — gen. generis
([C§507](#)), sī quid = aliquid
- necesse est et fuisse:** *необходимо, чтобы (оно)*
было, necesse est вводит инфинитивный оборот
- 5.1 **antequam prōdirēmus in lūcem:** *после того, как*
мы появились на свет prōdirēmus imperf.
coniūct. āct. 1 pl., см. 4.3

vexātiōnem. Rogō, nōn stultissimum dīcās sī quis exīstimet 5.1
lucernae peius esse cum *extīncta* est quam antequam *accēnditur*?
 Nōs quoque et *extinguimur* et *accendimur*: mediō
 illō tempore aliquid patimur, *utrimque* vērō alta *sēcūritās*
 est. In hōc enim, mī Lūcīlī, nisi fallor, errāmus, quod mor- 5
 tem iūdicāmus sequī, cum illa et *praecesserit* et *secūtūra* sit.
 Quidquid ante nōs fuit mors est; quid enim refert nōn in-
 cipiās an dēsīnās, cum utriusque reī hic sit effectus, nōn esse?
 Hīs et *eiusmodī exhortātiōnibus* (tacitīs scīlicet, nam 6.1
 verbīs locus nōn erat) *adloquī* mē nōn dēsīi; deinde *paulātim*

accendo, cendī, cēsum, ere: зажигать
alloquor, locūtus (loquūtus) sum, loquī: обращаться
effectus, ūs m.: результат
ēiusmodī: такого же рода, такой (нар.)
exhortātiō, ōnis f.: увещание; одобрение
extinguo (extinguo), stīnxī, stinctum, ere: гасить
paulātim: понемногу (нар.)

praecēdo, cessī, cessum, ere: быть впереди
lucerna, ae f.: свеча
remaneo, mānsī, māsum, ēre: оставаться, сохраняться
sēcūritās, ātis f.: безмятежность, спокойствие
utrimque: с той и с другой стороны, с обеих сторон (нар.)
vexātiō, ōnis f.: терзание, мучение

- 5.1 **dīcās:** может быть сказано; coniūct. potentiālis (C\$898); второе лицо в безличном значении
nōn stultissimum esse acc. cum. īnf. к dīcās
exīstimet: casus potentiālis (C\$898)
 5.2 **lucernae:** dat. incommodi (C\$458)
exīstmet ... peius esse: думать, что свече хуже инфинитивная конструкция
cum extīncta est всякий раз, когда она (свеча) была погашена cum iterativum (C\$999), перфект указывает на предшествования действия придаточного предл. действию главного предл. (C\$990)
 5.2 **peius:** сравнит. степень от нар. male
 5.3 **nōs quoque et extinguimur et accendimur:** нас также и зажигают, и гасят
mediō illō tempore: в середине этого времени (в промежутке) abl. temporis (C\$546)
utrimque alta sēcūritās est: глубокая безмятежность до и после (по обе стороны)
 5.5 **mortem iūdicāmus sequī:** мы считаем, что смерть следует (за нами) acc. cum. īnf.

- 5.6 **praecesserit:** perf. coniūct. āct. 3 sg. от praecēdo
cum illa et praecesserit et secūtūra sit: хотя она уже и предшествовала и последует, cum concessivum (C\$964)
 5.7 **quid ... refert** для чего? что толку? вводит косвенный вопрос
nōn incipiās an dēsīnās: начинаешь или заканчиваешь praes. coniūct. āct. 2 sg. косвенный вопрос (C\$853), nōn вводит разделительный вопрос
 5.8 **cum hic sit effectus:** ведь результат — небытие (cum causale) (C\$963)
 6.1 **eiusmodī exhortātiōnibus:** abl. instrumenti (C\$478)
 6.2 **verbīs:** dat. commodi (для чего?) (C\$458)
adloquī mē nōn dēsīi я не перестал обращаться к себе

suspīrium illud, quod esse iam *anhēlitus* coeperat, intervālla
 maiōra fēcit et retardātum est. At remānsit, nec adhūc,
 quamvīs dēsierit, ex nātūrā fluit spīritus; sentiō *haesitā-* 5
tiōnem quandam eius et moram. Quōmodo volet, dummodo
 nōn ex animō *suspīrem*. Hoc tibi dē mē recipe: nōn *trepidābō* 7.1
 ad extrēma, iam praeparātus sum, nihil cōgitō dē diē tōtō.
 Illum tū laudā et imitāre quem nōn *piget* morī, cum *iuvet*
 vīvere: quae est enim virtūs, cum ēiciāris, exīre? Tamen est
 et hīc virtūs: *ēicior* quidem, sed tamquam exeam. Et ideō 5
 numquam *ēicitur* sapiēns quia ēicī est inde expellī unde
 invītus recēdās: nihil invītus facit sapiēns; necessitātem
 effugit, quia vult quod *coāctūra* est. Valē.

anhēlitus, ūs m.: хрип
ēicio, iēci, iectum, ere: выгонять, выбрасывать
haesitatio, ōnis f.: неровность
hilaris, e: веселый, радостный, довольный
invītus, a, um: нежелающий, действующий против
 воли

iūvo, iūvī, iūtum, āre: благоприятствовать, радовать
piget, guit (gitum est), ēre: досадно, стыдно (безл.)
suspīrium, ī n.: вздох; одышка (мед.)
suspīro, āvī, ātum, āre: вздыхать
trepido, āvī, ātum, āre: содрогаться

- 6.3 **quod esse iam anhēlitus coeperat:** (одышка)
 которая переходила в хрип
- 6.4 **maiōra:** сравн. степень к *agnus*
retardātum est: (одышка) была остановлена
remānsit ... dēsierit: логич. подл. *suspīrium*
- 6.5 **quamvis dēsierit:** хотя не прекратилась perf.
 coniūct. āct. 3 sg. придаточное пр. уступки
 (C§912)
ex nātūrā fluit spīritus дыхание не протекает
 естественно
sentiō haesitātiōnem quandam eius et moram я
 чувствую некоторую его неровность (т.е.
 дыхания, *spiritus*) и задержку
- 6.6 **volet:** fut. ind. āct. 3 sg. от *volo*
dummodo nōn ex animō suspīrem: лишь бы не
 испустить дух с coniūct. условно-желательное
 предложение, вводимое **dummodo** (C§922)
- 7.2 **ad extrēma:** в последний час, на краю жизни
nihil cōgitō dē diē tōtō я не думаю о целом дне

- 7.3 **imitāre:** подражай imper. praes. āct. 2 sg. от
imitor
nōn piget morī: не досадно умереть
cum iuvet vīvere: praes. coniūct. āct. 3 sg *хоть и*
приятно жить (cum concessivum) (C§964)
- 7.4 **cum ēiciāris:** поскольку тебя выгоняют praes.
 coniūct. pass. 2 sg. (cum causale) (C§963)
- 7.5 **tamquam exeam:** словно я уйду coniūct. āct. 1
 sg. с *tamquam* в ср. пр. (C§921)
- 7.6 **inde ... unde:** оттуда ... откуда
recedas: praes. coniūct. āct. 2 sg. от *recēdo*
- 7.7 **vult:** praes. ind. āct. 3 sg. от *volō*
- 7.8 **quia ... coāctūra est:** потому что хочет того, в чем
 она (необходимость) (C§755-759) принуждает, I
 описат. спр.

Письмо 71

В этом письме Сенека рассуждает о высшем благе (*summum bonum*), в котором видит цель любой жизни. «Высшее благо — то, что честно (*honestum*)», и все блага равны между собой, коль скоро они причастны честности. Мудрость, в таком случае, — это способность равным образом относиться ко всем успехам и неудачам. Сенека приводит в пример Катона Младшего, который который с одинаковым спокойствием духа принял как провал на выборах, так и поражение в гражданской войне.

71 Senecā Lūciliō suō salūtem.

Subinde mē dē rēbus singulīs cōnsulis *oblītus* *vastō* nōs marī 1.1

dīvidī. Cum magna pars cōnsiliī sit in tempore, necesse est

ēvenīre ut dē quibusdam rēbus tunc ad tē *perferātur* sententia

mea cum iam *contrāria* potior est. Cōnsilia enim rēbus *aptan-*

tur; rēs nostrae feruntur, immō volvuntur; ergō cōnsilium nāscī 5

sub diem dēbet. Et hoc quoque nimis tardum est: sub manū,

quod aiunt, nāscātur. *Quemadmodum* autem inveniātur

ostendam. *Quotiēns* quid fugiendum sit aut quid petendum 2.1

apto, āvī, ātum, āre: прилаживать, приспособливать (+*dat.*)

contrārius, a, um: обратный, противоположный

oblīvīscor, lītus sum, livīscī: забывать,

perfero, tulī, lātum, ferre: приносить, доставлять

quemadmodum: каким образом, как (*нар.*)

quotiēns: всякий раз когда

subinde: время от времени, то и дело (*нар.*)

summa, ae f.: вершина, суть

vāstus, a, um: обширный

1.1 **nōs dīvidī:** acc. cum *īnf.* вводится *oblītus* (C§1016-1044)

vastō marī: abl. instrumenti (C§478)

1.2 **cum magna pars sit:** придаточное предложение причины (cum *causāle*) (C§963)

1.3 **ēvenīre ut perferātur:** придаточное предложение пояснительное ut *explicativum* (C§865)

1.4 **tunc... cum...:** тогда... когда..

contrāria potior est предпочтительнее противоположное

sub diem: ко дню

1.7 **quod aiunt:** как говорят

nāscātur: coniunct. imperātivus (C§704-709)

quemadmodum inveniātur: косвенный вопрос (C§853)

2.1 **ostendam:** fut. I ind. āct. 1 sg.

fugiendum sit aut petendum: II описательное спряжение (coniugātiō *periphrastica passīva*)

C§763; **quid fugiendum sit** — косвенный вопрос (C§853)

volēs scīre, ad summum bonum, *prōpositum* tōtīus vītae
 tuae, *respice*. Illī enim *cōsentīre* dēbet quidquid agimus:
 nōn dispōnet singula, nisi cui iam vītae suae summa prōposita
 est. Nēmō, quamvīs parātōs habeat colōrēs, *similitūdinem* 5
 reddet, nisi iam cōnstat quid velit *pingere*. Ideō peccāmus
 quia dē partibus vītae omnēs *dēliberāmus*, dē tōtā nēmō *dēliberat*.
 Scīre dēbet quid petat ille quī *sagittam* vult mittere, 3.1
 et tunc *dērigēre* ac *moderārī* manū tēlum: errant cōnsilia
 nostra, quia nōn habent quō *dērigantur*; ignōrantī quem
 portum petat nūllus suus ventus est. Necesse est multum in

cōsentio, sēnsī, sēnsūm, īre: согласовывать,
 соглашаться с чем-л. (+*dat.*)
dēlibero, āvī, ātum, āre: думать, размышлять
dēriġo, rēxī, rēctum, ere: направлять
moderor, ātus sum, ārī: регулировать

pingo, pīnxī, pictum, ere: рисовать
prōpositum, ī n.: цель
respicio, spēxī, spectum, ere: оглядываться,
 оборачиваться
sagitta, ae f.: стрела
similitūdo, inis f.: подобие, сходство

2.2 **volēs:** fut. I ind. āct. 1 sg. от volō
summum: перевосх. ст. к superus; **summum bonum:** *высшее благо*
 2.3 **nōn dispōnet singula, nisi cui iam vītae suae summa prōposita est:** *не распорядится всем в отдельности тот, у кого нет в жизни высшей цели*
 2.5 **quamvīs habeat:** придаточное уступки, *quamvīs* употребляется с конъюнктивом (C§912)
 2.6 **cōnstat:** *известно*

quid velit: косвенный вопрос (C§853)
 3.1 **quid petat:** косвенный вопрос (C§853)
 3.2 **manū:** abl. instrumenti (C§478)
 3.3 **quō dērigantur:** относительное придаточное предложение со сказуемым в copūct. с оттенком следствия (C§933); *куда они бы отправились*
ignōrantī: *для несведущего*

vītā nostrā cāsus possit, quia vīvimus cāsū. Quibusdam 4.1
autem ēvenit ut quaedam scīre sē nesciant; *quemadmodum*
quaerimus saepe eōs cum quibus stāmus, ita *plērumque* finem
summī bonī ignōrāmus *adpositum*. Nec multīs verbīs nec
circumitū longō quod sit summum bonum colligēs: digitō, 5
ut ita dīcam, *dēmōstrandum* est nec in multa spargendum.
Quid enim ad rem pertinet in particulās illud *dīdūcere*?
cum possīs dīcere 'summum bonum est quod honestum est'
et, quod magis *admīrēris*, 'ūnum bonum est quod honestum
est, cētera falsa et *adulterīna* bona sunt'. Hoc sī *persuāserīs* 5.1

admīror, ātus sum, ārī: восхищаться, восторгаться
adpositus, a, um: близлежащий, близкий
adulterīnus, a, um: поддельный, фальшивый
circumitus, ūs m.: окольный путь
dēmōnstro, āvī, ātum, āre: показывать, доказывать

dīdūco, dūxī, ductum, ere: раздроблять, разделять
persuādeo, suāsī, suāsum, ēre: убеждать, внушать,
побуждать
plērumque: в большинстве случаев (*нар.*)
quemadmodum: каким образом, как (*нар.*)

- 3.4 **necesse est cāsus possit:** = necesse est cāsū posse; придаточное дополнительное после necesse est со сказуемым в coniunct., но без союза ut (C§803)
- 4.2 **ēvenit ut nesciant:** придаточное предложение пояснительное ut explicativum (C§865);
quaedam scīre sē nesciant: асс. cum. inf при nesciunt (C§1020-1025), *не знают, что они знают что-то*
quemadmodum ... ita: как ... так
- 4.4 **nec verbīs, nec circumitū:** abl. instrumenti (C§478)

- quod sit:** = quid sit, косвенный вопрос (C§853)
- 4.6 **ut ita dīcam:** так сказать
- 4.7 **ad rem pertinet:** имеет отношение к делу
- 4.8 **cum possīs:** придаточное предложение причины (cum causāle) (C§963)
- 4.9 **admīrēris:** конъюнктив в придаточном предложении зависимом от предложения с глаголом в конъюнктиве (C§1184)
- 5.1 **sī persuāserīs... adamāverīs... contigerit... vidēbitur... erit:** cāsus realis (futurum II + futurum I) (C§881)

tibi et virtūtem *adamāverīs* (amāre enim parum est), quid-
quid illa contigerit, id tibi, *quālecumque* aliīs vidēbitur, *faus-*
stum fēlixque erit. Et torquērī, sī modo iacuerīs ipsō tor-
quente *sēcūrior*, et *aegrōtāre*, sī nōn male dīxerīs fortūnae, sī
nōn cesserīs morbō, omnia dēnique quae cēterīs videntur
mala et *mānsuēscent* et in bonum abībunt, sī super illa
ēminuerīs. Hoc *liqueat*, nihil esse bonum nisi honestum: et
omnia *incommoda* suō iūre bona vocābuntur quae modo
virtūs *honestāverit*. Multīs vidēmur maiōra prōmittere quam
recipit hūmāna condiciō, nōn *inmeritō*; ad corpus enim
respiciunt. *Revertantur* ad animum: iam hominem deō
mētientur.

5.5

6.1

ad-amo, āvī, ātum, āre: горячо полюбить
aegrōto, —, —, āre: болеть
ē-mineo, uī, —, ēre: выступать, выдаваться
faustus, a, um: счастливый, благоприятный
honesto, āvī, ātum, āre: возвышать, украшать,
делать честным
incommodus, a, um: неудобный, неблагоприятный,
тягостный
inmeritō: незаслуженно, несправедливо (*нар.*)

liqueo, liquī (licuī), —, ēre: быть ясным, очевидным
mānsuēscō, suēvī, suētum, ere: приручать,
укрощать, смягчаться
quālescūmque, quālecūmque: какой бы ни
respicio, spēxī, spectrum, ere: оглядываться,
оборачиваться
revertor, reversus sum (чаще revertī), revertī:
возвращаться, обращаться
sēcūrus, a, um: безмятежный, спокойный

- 5.4 **sī iacuerīs ... dīxerīs ... cesserīs ... ēminuerīs ...
mānsuēscent ... abībunt ... sī ēminuerīs:** cāsus
realis (futurum II + futurum I) ([C§881](#))
sēcūrior torquente: *спокойнее мучителя*, субст.
причастие; abl. comparationis ([C§475–477](#))
5.6 **nōn cesserīs morbō:** *не уступишь болезни*
5.7 **in bonum abībunt:** *перейдут во благо*

- 5.8 **liqueat:** coniunct. imperātīvus ([C§704-709](#))
5.9 **incommoda:** *неудобства, трудности*, субст.
прилагательное
suō iūre: *по праву*, abl. modi ([C§497](#))
5.10 **honestāverit:** конъюнктив в относительном
предложении с оттенком условия ([C§944](#))
6.3 **revertantur:** coniunct. imperātīvus ([C§704-709](#))
deō: *богом*, abl. instrumenti ([C§478](#))

Ērige tē, Lūcīlī virōrum optimē, et relinque istum lūdum

5

litterārium philosophōrum quī rem magnificentissimam ad

syllabās vocant, quī animum minūta docendō dēmittunt

et *conterunt*: fiēs similis illīs quī invēnērunt ista, nōn quī

docent et id agunt ut philosophia *potius* difficilis quam magna

videātur. Sōcratēs, quī totam philosophiam revocāvit ad

7.1

mōrēs et hanc summam dīxit esse sapientiam, bona malaque

distinguere, 'sequere' inquit 'illōs, sī quid apud tē habeō auctō-

ritātis, ut sīs beātus, et tē alicui *stultum* vidērī sine. Quisquis

contero, trīvī, trūtum, ere: изнурять, мучить
dēmitto, mīsī, missum, ere: спускать, низвергать
distinguo, stīnxī, stīnctum, ere: различать
ēriġo, rēxī, rēctum, ere: поднимать, ободрять
litterārius, a, um: письменный, словесный

minuo, uī, ūtum, ere: уменьшать
potius: скорее (*нар.*)
stultus, a, um: глупый, неразумный
syllaba, ae f.: слог

6.5 **virōrum:** gen. partitivus (C§507)

6.6 **magnificentissimam:** превосх. ст. от *magnificus*

6.7 **magnificentissimam ad syllabās vocant:** самое

великое низводят до разбора слогов

minūta docendō: abl. instrumenti (C§478),

обучением вещам незначительным

6.9 **ut videātur:** ut obiectivum, вводится гл. (id) agunt (C§796-799)

7.2 **hanc summam dīxit esse sapientiam:** порядок слов dīxit hanc esse summam sapientiam; acc. cum ĩnf. (C§1016-1044)

7.3 **sequere ... sine:** imper. praes. 2 sg. от sequor и sinere соответственно

7.4 **ut sīs beātus:** конъюнктив в придаточном цели (ut finalē) (C§790-793)

volet tibi *contumēliam* faciat et iniūriam, tū tamen nihil

5

patiēris, sī modo tēcum erit virtūs. Sī vīs' inquit 'beātus esse, sī fide bonā vir bonus, sine contemnat tē aliquis.' Hoc nēmō praestābit nisi quī omnia prior ipse contempserit, nisi quī omnia bona *exaequāverit*, quia nec bonum sine honestō est et honestum in omnibus pār est.

'Quid ergō? nihil interest inter *praetūram Catōnis* et

8.1

repulsam? nihil interest utrum *Pharsālicā aciē Catō* vincātur an vincat? hoc eius bonum, quō victīs partibus nōn potest vincī, pār erat illī bonō quō victor redīret in patriam et componeret pācem?' *Quidnī pār sit?* eādem enim virtūte et mala

5

contumēlia, ae f.: обида, оскорбление
exaequo, āvī, ātum, āre: уравнивать, делать равным
Pharsālicus, a, um: фарсальский

praetūra, ae f.: претура, звание и должность претора
quid-nī: почему (же) нет, как же не (*нар.*)
repulsa, ae f.: поражение, провал

- 7.5 **volet:** fut. ind. āct. 3 sg. от volo
faciat: = coniūct. concessīvus ([C\\$710-714](#))
- 7.6 **tēcum:** = cum tē
erit: fut. I, протасис в modus realis
- 7.7 **fide bonā:** *действительно; поистине*
sine contemnat tē aliquis: = sine ut aliquis tē contemnat; дополнительное предл. после гл sinere со сказуемым в coniūct., но без союза ut ([C\\$803](#))
hoc nēmō praestābit: это никто не достигнет contempserit ... exaequāverit: perf. con. āct. 3 sg; относительное придаточное предложение со сказуемым в coniūct. с оттенком следствия ([C\\$933](#))
- 8.1 **quid ergō?: и что же?**
nihil interest inter: нет разницы между
praetūram Catōnis et repulsam: в 54 г. до н. э. Катон провалился на преторских выборах

- 8.2 **utrum vincātur an vincat:** конъюнктив в косвенном вопросе ([C\\$853](#))
Pharsālicā aciē Catō: Фарсальская битва — решающее сражение гражданской войны между помпеяцами (к ним относился и Катон) и цезарианцами, в котором сторона Помпея потерпела поражение
- 8.3 **bonum quō ... bonō quō:** благо, посредством которого... quō — abl. instrumenti ([C\\$478](#))
victīs partibus: хотя партия (Катона) была побеждена, abl. absolutus ([C\\$1088-1096](#))
- 8.4 **redīret... componeret:** coniūct. imperf. указывает на невозможность события; *если бы вернулся на родину и установил бы мир*
- 8.5 **sit:** после quidnī в вопросительном предложении всегда ставится конъюнктив ([C\\$840](#))

fortūna vincitur et *ordinātur* bona; virtūs autem nōn potest maior aut minor fierī: ūnīus statūrae est. 'Sed *Cn. Pompēius* amittet *exercitum*, sed illud pulcherrimum reī pūblicaе *praetextum*, *optimātēs*, et prīma aciēs *Pompēiānārum* partium, senātus ferēns arma, ūnō proeliō *prōflīgābuntur* et tam magnī *ruīnā* imperiī in tōtum *dissiliet orbem*: aliqua pars eius in Aegyptō, aliqua in *Āfricā*, aliqua in *Hispāniā* cadet. Nē hoc quidem miserae reī pūblicaе continget, semel ruere.'

9.1

5

Cato, ōnis m.: Марк Порций Катон Младший — древнеримский политик

Cn. Pompeius, ī m.: Гней Помпей Великий, древнеримский государственный деятель и полководец

dis-silio, siluī, (sultum), īre : расходиться, разрываться

exercitus, ūs m.: войско, армия

optimātēs, um и ium m.: оптиматы, аристократы

ōrdino, āvī, ātum, āre: приводить в порядок, руководить

Pompēiānus, a, um: помпейский

praetextum, ī n.: украшение, краса

prō-flīgo, āvī, ātum, āre: поражать, сокрушать

ruīna, ae f.: падение, крушение

statūra, ae f. рост, величина

9.1 **ūnīus statūrae est:** *одного роста*, gen. qualitatis (CS498)

cn.: = Gnaeus

9.2 **pulcherrimum:** превосх. ст. от *pulchrum*

9.3 **prīma aciēs Pompēiānārum partium:** *передовой отряд фракции Помпея*

9.4 **ūnō proeliō:** abl. instrumenti (CS478)

9.5 **magnī ruīnā imperiī in tōtum dissiliet orbem:** = (prīma aciēs) *ruīnā magnī imperiī in tōtum orbem dissiliet, крушением великой власти; ruīnā* abl. instrumenti (CS478)

9.7 **nē hoc quidem:** *даже это не* **continget:** *выпадет на долю, случится с., приключится(+dat.)*

Omnia licet fiant: *Iubam* in rēgnō suō nōn locōrum *nōtitia* 10.1
adiuuet, nōn *populārium* prō rēge suō virtūs *obstinātissima*,
Uticēnsium quoque fidēs malīs *frācta* dēficiat et *Scīpiōnem*
in *Āfricā* nōminis suī fortūna *dēstituāt*: ōlim *prōvīsum* est nē
quid *Catō* *dētrīmentī* caperet. 'Victus est tamen.' Et hoc 11.1
numerā inter *repulsās* *Catōnis*: tam magnō animō feret ali-
quid sibi ad victōriam quam ad *praetūram* *obstitisse*. Quō
diē *repulsus* est *lūsit*, quā nocte peritūrus fuit legit; eōdem
locō habuit *praetūrā* et *vītā* excidere; omnia quae acciderent 5
ferenda esse *persuāserat* sibi.

Cato, ōnis m.: Марк Порций Катон Младший — древнеримский политик
dē-stituo, uī, ūtum, ere: оставить, бросить, покинуть
dētrīmentum, ī n.: убыль, ущерб, потеря
frāctus, a, um: сломанный, разбитый
Iuba, ae m.: Юба, царь Нумидии, сторонник Помпея
lūdo, lūsī, lūsum, ere: играть во что-л.
nōtitia, ae f.: знакомство, знание
ob-sto, stitī, (stātum), āre: противостоять, препятствовать
obstinatus, a, um: упорный, непоколебимый

persuādeo, suāsī, suāsum, ēre: убеждать, внушать, побуждать
populāris, is m., f.: соотечественник
praetūra, ae f.: претора, звание, достоинство или должность претора
prō-video, vīdī, vīsum, ēre: предусмотреть, заранее готовить
re-pello, repulī, repulsum, ere: отражать
repulsa, ae f.: поражение, провал
Scīpio, ōnis m.: Квинт Цецилий Метелл Пий Сципион, союзник Помпея в гражданской войне
Uticēnsis, is m.: житель Утики

10.1 **omnia licet fiant:** *допустим, всему этому позволено случится*; **fiant, adiuuet, dēficiat, dēstituāt** coniunct. concessivus (C\$710-714)
10.2 **populārium prō rēge suō virtūs obstinātissima:** = *populārium obstinātissima virtūs prō suō rēge*
10.3 **fidēs malīs frācta:** *верность, сломленная бедами*, abl. instrumenti (C\$478)
Scīpiōnem in Āfricā nōminis suī fortūna dēstituāt: *Сенека сравнивает судьбу Сципиона, соратника Помпея, с судьбой Сципиона Африканского — знаменитого победителя Ганнибала*
10.4 **nē caperet:** *придаточное предложение дополнительное (nē obiectivum C\$796-799)*
11.1 **quid dētrīmentī:** gen. generis (C\$507)
11.2 **tam ... quam:** *как ... так*

magnō animō: *с великим мужеством*, abl. modi (C\$497)
feret aliquid sibi obstitisse: *(Катон) снесет, что что-то ему препятствовало*, acc. cum inf. (C\$1016-1035)
11.3 **quō diē repulsus ... quā nocte peritūrus:** = *diē quō repulsus ... nocte quā peritūrus*; abl. temporis (C\$546)
11.4 **eōdem locō habuit:** *одинаково оценивал*
11.5 **praetūrā et vītā excidere:** abl. sēparātiōnis (C\$462)
omnia ferenda esse: acc. cum inf. вводится гл. *persuāserat* (C\$1016-1044); *ferenda esse* II описательное спряжение (C\$762-764)
acciderent: *конъюнктив в придаточном предложении зависимом от acc. cum inf.* (C\$1184)

Quidnī ille *mūtātiōnem* rei pūblicaе fortī et *aequō* paterē- 12.1
 tur animō? quid enim *mūtātiōnis* perīculō exceptum? nōn
 terra, nōn caelum, nōn tōtus hīc rērum omnium *contextus*,
 quamvīs deō agente dūcātur; nōn semper tenēbit hunc ōrdi-
 nem, sed illum ex hōc cursū aliquis diēs *dēiciet*. Certīs eunt 13.1
 cūncta temporibus: nāscī dēbent, crēscere, *extinguī*. Quae-
 cumque suprā nōs vidēs currere et haec quibus *innīxī* atque
 inpositī sumus velutī *solidissimīs carpentur* ac dēsinent; nūllī
 nōn *senectūs* sua est. *Inaequālibus* ista spatiīs eōdem nātūra 5
 dīmittit: quidquid est nōn erit, nec perībit sed *resolvētur*.

ad-dīco, dīxī, dictum, ere: обрeкать, поручать,
 отдавать, приписывать
aequus, a, um: спокойный, невозмутимый,
carpo, psī, ptum, ere: срывать; истощать, ослаблять
contextus, ūs m.: сплетение, соединение, связь
dēiicio, iēcī, iectum, ere: сбрасывать, сбивать
eōdem: туда же (*нар.*)
ex-stinguo, stīnxī, stinctum, ere: гасить, *pass.* угасать

in-aequālis, e: неравный
in-nītor, nīxus (nīsus) sum, nītī: опираться на что-л.
 (+ *dat.*)
mūtātiō, ōnis f.: перемена, изменение
quid-nī: почему (же) нет, как же не (*нар.*)
re-solvo, solvī, solūtum, ere: распускать, рассеивать
senectūs, ūtis f.: старость
solidus, a, um: крепкий, твердый, прочный,

- 12.1 **paterētur:** после quidnī в вопросительном предложении всегда ставится конъюнктив ([C§840](#))
 12.2 **quid enim mūtātiōnis:** gen. generis ([C§507](#))
fortī et aequō animō: abl. modi ([C§497](#))
perīculō: от опасности abl. sēparātiōnis ([C§469](#))
exceptum: exceptum (est)
 12.4 **quamvīs dūcātur:** придаточное уступки, quamvīs употребляется с конъюнктивом ([C§912](#))

- deō agente:** abl. absolutus ([C§1088-1096](#))
 13.1 **certīs eunt cūncta temporibus:** = cūncta (субст. прил. в nom. pl.) eunt certīs temporibus, abl. temporis ([C§546](#))
 13.4 **inpositī:** = imposit
nūllī nōn senectūs sua est: = omnibus (dat. possessīvus [C§460-462](#)) sua senectūs est
 13.5 **inaequālibus spatiīs:** abl. temporis ([C§546](#))

| | |
|--|------|
| Nōbīs solvī perīre est; proxima enim <i>intuēmur</i> , ad ulteriōra | 14.1 |
| nōn <i>prōspicit</i> mēns <i>hebēs</i> et quae sē corporī <i>addīxerit</i> ; <i>aliō-</i> <i>quī</i> fortius finem suī suōrumque paterētur, sī spērāret, <ut> | |
| omnia illa, sīc vītam mortemque per <i>vicēs</i> īre et composita | |
| <i>dissolvī</i> , <i>dissolūta</i> compōnī, in hōc opere aeternam artem | 5 |
| cūncta <i>temperantis</i> deī <i>vertī</i> . Itaque ut <i>M. Catō</i> , cum <i>aevum</i> | 15.1 |
| animō <i>percucurrerit</i> , dīcet, 'omne hūmānum genus, quod- | |
| que est quodque erit, morte damnātum est; omnēs quae | |
| <i>usquam</i> rērum <i>potiuntur</i> urbēs quaeque aliēnōrum imperi- | |
| ōrum magna sunt <i>decora</i> , ubi fuerint aliquandō quaerētur et | 5 |

ad-dīco, dīxī, dictum, ere: приговаривать к чему-л. (+ *dat.*), обречь
aevum, ī n., режe aevus, ī m.: век, прошлое
aliō-quī (aliō-quīn): иначе (*нар.*)
Cato, ōnis m.: Марк Порций Катон Младший — древнеримский политик
decus, oris n.: краса, украшение, честь
dis-solvo, solvī, solūtum, ere: рассеивать, разрушать
hebes, etis: тупой, слабый, вялый

in-tueor, tuitus sum, ērī: пристально глядеть, смотреть
per-curro, cucurri (currī), cursum, ere: пробегать
potior, itus sum, irī: завладевать чем-л. (+ *abl.* или *gen.*)
prōspicio, spēxī, spectrum, ere: смотреть вперед
tempero, āvī, ātum, āre: уstraивать, упорядочивать
usquam: где бы ни (*нар.*)
vector, versus sum, vertī: состоять, заключаться
vicis (gen.) f.: смена, чередование

- 14.1 **nōbīs:** *dat. commodī et incommodī* (C\$458-459)
ulteriōra: ср. ст. к *ulter*, *находящаяся по ту сторону*
14.2 **addīxerit:** *coiunct. perf. по consec. temp.* выражает предшествование действию главного предложения (*prōspicit*; C\$772)
14.3 **fortius:** ср. ст. *нар. от forte*
aliōquī paterētur ... sī spērāret: *нар. aliōquī* вводит условное придаточное (*cāsus irrealis*) (C\$899-907)
finem suī suōrumque: *свою кончину и своих близких*
spērāret omnia illa ... vītam mortemque ... et composita dissolvī, dissolūta compōnī ... vertī: *асс. cum īnf. вводится гл. persuāserat* (C\$1016-1044)

- ut ... sic:** как ... так
14.5 **in hōc opere... vertī:** = (*spērāret*) *aeternam artem in hōc opere deī cūncta temperantis vertī, надеялся бы, что в этом труде заключается вечное искусство божества, уstraивающего всё*
15.1 **ut M. Catō:** *подобно Катону*
cum aevum animō percucurrerit, dīcet: *cum temporale* (C\$955-956); *percucurrerit* – fut. II, *dīcet* – fut. I
15.2 **animō percucurrerit:** *мыслью окинет, abl. instrumenti* (C\$478)
15.3 **omnēs... decora:** = *omnēs urbēs, quae usquam rērum potiuntur, quaeque (= et quae) magna decora sunt aliēnōrum imperiōrum*
15.5 **ubi fuerint quaerētur:** *конъюнктив в косвенном вопросе* (C\$853), *будет спрошено, где они были*

variō exitiī genere tollentur: aliās dēstruent bella, aliās dēsīdia
 pāxque ad inertiam versa cōnsūmet et magnīs opibus exitiōsa
 rēs, lūxus. Omnēs hōs fertilēs campōs repentinī maris in-
 undātiō abscondet aut in subitam cavernam cōnsidentis solī
 lāpsus abdūcet. Quid est ergō quārē indigner aut doleam, sī 10
 exiguō mōmentō pūblica fāta praecēdō?' Magnus animus deō 16.1
 pāreat et quidquid lēx ūniversī iubet sine cūnctātiōne pati-

ab-dūco, dūxī, ductum, ere: уносить с собой,
 низводить
abs-condo, condī (condidī), conditum, ere: скрывать,
 покрывать
caverna, ae f.: яма, пропасть, пещера
cōn-sīdo, sēdī (sīdī), sessum, ere: садиться,
 опускаться, осесть
cōn-sūmo, sūmpsī, sūmptum, ere: поглощать,
 истощать
cūnctatio, ōnis f.: промедление, колебание
dēsīdia, ae f.: бездеятельность, праздность
dē-struo, strūxī, strūctum, ere: разрушать,
 уничтожать

exitium, ī n.: гибель, падение, разрушение, конец
exiguus, a, um: незначительный, небольшой
exitiōsus, a, um: пагубный, губительный
fertilis, e: плодородный
in-dīgnor, ātus sum, ārī: негодовать, возмущаться,
inertia, ae f.: лень, вялость
inundatio, ōnis f.: наводнение, разлив
lāpsus, ūs m.: падение, обвал
mōmentum, ī n.: промежуток, мгновение, момент
prae-cēdo, cessī, cessum, ere: идти впереди,
 предшествовать
repentinus, a, um: внезапный, неожиданный
solum, ī n.: земля, почва

- 15.6 **variō genere:** abl. instrumenti (C\$478)
tollentur: будут уничтожены
aliās = aliās urbēs
 15.7 **ad inertiam versa:** обратившиеся в лень
magnīs opibus: abl. qualitatis (C\$498) роскошь —
 результат больших богатств
 15.8 **inundātiō:** abl. instrumenti (C\$478)

- 15.10 **quārē indigner aut doleam:** конъюнктив в
 косвенном вопросе (C\$853), зависимом от
 quid est; quārē = cur
 16.1 **exiguō mōmentō:** насколько? abl. mensurae
 (C\$495)
pūblica fāta = pūblicum fatum
 16.2 **pāreat ... patiātur:** coniunct. imperātīvus
 (C\$704-709)

atur: aut in meliōrem ēmittitur vītam lūcidius tranquilliusque
inter dīvinā mānsūrus aut certē sine ūllō futūrus *incommodō*,
sī nātūrae *remiscēbitur* et *revertētur* in tōtum. Nōn est ergō
M. Catōnis maius bonum honesta vīta quam mors honesta,
quoniam nōn *intenditur* virtūs. Idem esse dīcēbat Sōcratēs
vēritātem et virtūtem. Quōmodo illa nōn crēscit, sīc nē virtūs
quidem: habet numerōs suōs, plēna est.

5

Cato, ōnis m.: Марк Порций Катон Младший —
древнеримский политик
ē-mitto, mīsi, missum, ere: выпускать
incommodum, ī n.: неудобство, тягота
in-tendo, tendī, tentum, ere: увеличивать, усиливать

lūcidē: светло, ясно
remisceo, miscuī, mistum (mixtum), ēre: (вновь)
смешивать с (+ *dat.*)
re-vertor, reversus sum (чаще revertī), revertī:
приходить назад, возвращаться
tranquillē: спокойно, безмятежно

16.3 **meliōrem:** ср. ст. к *bonam*
lūcidius tranquilliusque: ср. ст. от нар. *lūcidē* и
tranquillē
16.6 **nōn est ergō ... mors honesta:** = *ergō honesta* M.
Catōnis vīta nōn est maius bonum quam mors
honesta

maius: ср. ст. к *magnum*
16.7 **idem esse dīcēbat Sōcratēs vēritātem et
virtūtem:** асс. с *um inf.* вводится гл. *dīcēbat*
(C§1016-1044)
16.8 **quōmodo ... sīc:** = *как ... так*
nē ... quidem: = *и ... не*

Nōn est itaque quod mīrēris pariā esse bona, et quae ex
 prōpositō sūmenda sunt et quae sī ita rēs tulit. Nam sī hanc
 inaequālitātem recēperis ut fortiter torquērī in minōribus
 bonīs numerēs, numerābis etiam in malīs, et infēlicem Sōcra-
 tēn dīcēs in carcere, infēlicem Catōnem vulnera sua animō-
 sius quam fēcerat retractantem, calamitōsissimum omnium
 Rēgulum fideī poenās etiam hostibus servātae pendentem.
 Atquī nēmō hoc dīcere, nē ex mollissimīs quidem, ausus est;
 negant enim illum esse beātum, sed tamen negant miserum.

17.1

5

in-aequālitās, ātis f.: неравенство, несходство
prōpositum, ī n.: намерение, замысел
fortiter: храбро, мужественно (нар.)
numero, āvī, ātum, āre: считать, рассматривать,
 относить
Sōcratēs, is m.: Сократ
carcer, ens m.: темница, тюрьма
animōsē: мужественно, храбро, смело, (нар.)

re-tracto, āvī, ātum, āre: вновь трогать, берeditь
 (рану)
calamitōsus, a, um: подвергшийся бедствиям,
 несчастный
Regulus, ī m.: Марк Атилий Регул, консул в 269 и 256
 гг. до н. э.
pendeo, pependī, —, ēre: нести, терпеть
atquī: но, однако (союз)

17.1 **nōn est quod mīrēris:** не стоит удивляться, nōn
 est quod — мягкая форма запрещения,
 используемая с конъюнктивом (C\$938)
mīrēris pariā esse bona: = асс. cum īnf. вводится
 гл. mīrēris (C\$1016-1044)
bona ... ex prōpositō ... et quae sī ita rēs tulit:
 блага... принимаемые по намерению ... и те, что
 приносят обстоятельства
 17.2 **sī recēperis ... numerābis ... dīcēs:** fut. II + fut. I,
 cāsus realis будущего времени (C\$897)
 17.3 **ut ... numerēs:** ut consecutivum (C\$820-830)
infēlicem dīcēs Sōcratēn ... Catōnem ...
calamitōsissimum ... Rēgulum: асс. duplex
 (C\$438); Регул, пленник карфагенян, был

отпущен в Рим для ведения переговоров по
 обмену пленными с условием, что он вернется
 во вражеский город, если переговоры не
 достигнут результата; не желая помогать
 врагам, он вернулся в Карфаген, сохранив
 верность слову, где и был жестоко убит
 17.6 **omnium:** gen. part. (C\$507)
 17.7 **fideī... servātae:** казнимого за то, что он сохранил
 верность врагам gen. criminis (при poenās
 pendentem) (C\$512-514)
 17.8 **nemo ...nē ex mollissimīs quidem:** никто даже из
 самых изнеженных
 17.9 **negant ... illum esse beātum ... negant miserum:**
 асс. cum īnf. вводится гл. negant (C\$1016-1044)

Acadēmicī veterēs beātum quidem esse etiam inter hōs cruci- 18.1
ciātūs fatentur, sed nōn ad perfectum nec ad plēnum, quod
nūllō modō potest recipī: nisi beātus est, in summō bonō nōn
est. Quod summum bonum est suprā sē gradum nōn habet,
sī modo illī virtūs inest, sī illam adversa nōn minuunt, sī 5
manet etiam comminūtō corpore incolumis: manet autem.
Virtūtem enim intellegō animōsam et excelsam, quam incitat
quidquid infestat. Hunc animum, quem saepe induunt gene- 19.1
rōsae indolis iuvenēs quōs alicuius honestae reī pulchritūdō
percussit, ut omnia fortuita contemnant, profectō sapientia

Acadēmicus, ī m.: философ-академик, последователь учения Платона
animōsus, a, um: мужественный, сильный духом
com-minuo, minuī, minūtum, ere: размельчать, расчлениать
cruciātus, ūs m.: мучение, пытка
excelsus, a, um: высокий, выдающийся
fortuītus, a, um: случайный
generōsus, a, um: превосходный, благородный
in-cito, āvī, ātum, āre: усиливать, подстрекать
incolumis, e: невредимый, целый

indolēs, is f.: природное дарование, талант
ind-uo, uī, ūtum, ere: надевать, принимать
infesto, āvī, ātum, āre: тревожить, угрожать
in-sum, fuī, —, esse: заключаться, содержаться в чем-л. (+ dat.)
iuvenis, is m., f.: юноша, девушка
minuo, uī, ūtum, ere: уменьшать, умалять
percutio, cussī, cussum, ere: поражать, потрясать
perfectus, a, um: совершенный
pulchritūdo, inis f.: красота
suprā: над, выше, сверх, свыше (предл.+acc.)

18.1 **Acadēmicī veterēs beātum esse fatentur:** acc. cum inf. вводится гл. fatentur (C§1016-1044)
quidem ... sed: хотя ... но
inter hōs cruciātūs: во время этих мучений
18.3 **nūllō modō:** abl. modi (C§497), никоим образом не может быть принято
18.5 **adversa:** враждебное, противное

18.6 **comminūtō corpore:** abl. absolutus (C§1088-1096)
18.7 **virtūtem ... intellego (esse) animōsam et excelsam:** acc. cum inf. вводится гл. intellego (C§1016-1044)
19.1 **generōsae indolis:** gen. qualitatis (C§498)
19.3 **ut ... contemnant:** ut consecutivum (C§820-830)

[nōn] *īnfundet* et trādet; *persuādēbit* ūnum bonum esse
quod honestum, hoc nec remittī nec *intendī* posse, nōn 5
magis quam *rēgulam* quā rēctum probārī solet *flectēs*. Quid-
quid ex illā mūtāverīs iniūria est rēctī. Idem ergō dē virtūte 20.1
dīcēmus: et haec rēcta est, *flexūram* nōn recipit; †*rigidāre*
quidem *amplius intendī* potest†. Haec dē omnibus rēbus
iūdicat, dē hāc nūlla. Sī rēctior ipsa nōn potest fierī, nē
quae ab illā quidem fiunt alia aliīs rēctiōra sunt; huic enim 5
necesse est respondeant; ita paria sunt.

amplius: больше, сильнее
flecto, flexī, flexum, ere: гнуть, искривлять
flexūra, ae f.: изгиб, искривление
īnfuno, fūdi, fūsum, ere: вливать; внущать

in-tendo, tendī, tentum, ere: увеличивать, усиливать
per-suādeo, suāsī, suāsum, ēre: убеждать
rēgula, ae f.: линейка, мерило
rigido, —, —, āre: делать твердым

19.4 **persuādēbit ūnum bonum esse:** acc. cum īnf. вводится гл. *persuādēbit* (C§1016-1044)
19.5 **nōn magis quam:** так же не ... как и
19.6 **quā:** abl. instrumenti (C§478)
flectēs: принимает *rēgulam* как объект
20.1 **ex illā:** = ex *rēgulā*
mūtāverīs: fut. II; *flectēs, dīcēmus*— fut. I
rēctī: gen. object. (C§503-506) к *iniūria*

20.2 †...†: обелиски показывают, что место в рукописи испорчено, так что издатель не знает, как восстановить его смысл
20.3 **haec ... dē hāc:** = *virtūs ... dē virtūte*
20.4 **nē ... rēctiōra sunt:** = *nē* (*haec*) *quidem*, *quae* ab *illā* (= *virtūte*) *fiunt*, *alia rēctiōra sunt aliīs*
20.5 **aliīs:** abl. comparationis (C§475-477)
20.6 **necesse est respondeant:** дополнение после *necesse est* со сказуемым в конъюнктиве, но без союза *ut* (C§803); *необходимо, чтобы соответствовали*

'Quid ergō?' inquis 'iacēre in *convīviō* et torquērī pariā 21.1
sunt?' Hoc mīrum vidētur tibi? illud licet magis *admīrēris*:
iacēre in *convīviō* malum est, iacēre in *eculeō* bonum est,
sī illud *turpiter*, hoc *honestē* fit. Bona ista aut mala nōn efficit
māteria sed virtūs; haec *ubicumque* appāruit, omnia eiusdem 5
mēnsūrae ac pretiī sunt. In oculōs nunc mihi manus *intentat* 22.1
ille quī omnium animum *aestimat* ex suō, quod dīcam pariā
bona esse *honestē* iūdicantis <et *honestē perīclitantis*,> quod
dīcam pariā bona esse eius quī *triumphat* et eius quī ante
currum vehitur invictus animō. Nōn putant enim fierī quid- 5
quid facere nōn possunt; ex *īnfirmītate* suā ferunt dē virtūte

ad-mīror, ātus sum, āri: удивляться

aestimo, āvī, ātum, āre: оценивать, определять

convīvium, ī n.: пир, званый обед

currus, ūs: колесница

eculeus, ī m.: снаряд для пытки, дыба

honestē: честно, достойно (*нар.*)

īnfirmītās, ātis f.: слабость, немощь

intento, āvī, ātum, āre: угрожающе поднимать, грозить

mēnsūra, ae f.: мера, величина

perīclitor, ātus sum, āri: быть подсудимым

triumpho, āvī, ātum, āre: получать триумф

turpiter: постыдно, позорно (*нар.*)

ubi-cumque: где бы ни (*нар.*)

veho, vēxī, vectum, ere: везти, тащить

21.2 **hoc mīrum vidētur tibi:** nom. duplex (C§428-430)

licet ... admīrēris: пусть (регулярное

уступительное значение licet с
конъюнктивом.)

21.4 **illud ... hoc:** = iacēre in *convīviō* ... iacēre in *eculeō*;

здесь и чаще всего hoc указывает на
упомянутое позже, а illud на упомянутое
раньше

21.4 **quod dīcam:**придаточное причины с quod ;

конъюнктив подчеркивает, что Сенека вводит
причину не от своего лица (C§873)

21.5 **eiusdem mēnsūrae ac pretiī:** gen. qualitatis

(C§498)

22.2 **dīcam pariā bona esse:** асс. cum īnf. вводится
гл. dīcam (C§1016-1044)

22.3 **honestē iūdicantis ... perīclitantis:** *честно*
судящего ои честно защищающегося

22.4 **quī ante currum vehitur:** пленных вражеских
вождей вели перед колесницей триумфатора

22.5 **invictus animō:** abl. modi (C§497)

nōn putant ... nōn possunt: = quidquid facere nōn
possunt putant nōn fierī; асс. cum īnf. вводится
гл. putant (C§1016-1044), в качестве лог.
подлежащего — придаточное с quidquid

22.5 **ferunt sententiam:** *выносят приговор*

sententiam. Quid mīrāris sī ūrī, vulnerārī, occīdī, alligārī 23.1
iuvat, aliquandō etiam libet? Luxuriōsō frūgālitās poena est,
pigrō supplicīi locō labor est, dēlicātus miserētur industriī,
dēsidiōsō studēre torquērī est: eōdem modo haec ad quae
omnēs inbēcillī sumus dūra atque intoleranda crēdimus, 5
oblītī quam multīs tormentum sit vīnō carēre aut prīmā lūce
excitārī. Nōn ista difficilia sunt nātūrā, sed nōs fluvidī et
ēnervēs. Magnō animō dē rēbus magnīs iūdicandum est; 24.1
aliōquī vidēbitur illārum vitium esse quod nostrum est. Sīc
quaedam rēctissima, cum in aquam dēmissa sunt, speciem

aliō-quī (aliō-quīn): иначе (*нар.*)

al-ligo, āvī, ātum, āre: привязывать, заковывать

dēlicātus, a, um: изнеженный, избалованный

dēsidiōsus, a, um: праздный, ленивый

ē-nervis, e: обессиленный, ослабленный

fluvidus, a, um: текучий; непрочный

frūgālitās, ātis f.: благоразумие, умеренность

im-bēcillus, a, um: слабый, бессильный

industrius, a, um: деятельный, прилежный

in-tolerandus, a, um: несносный, невыносимый

luxuriōsus, a, um: утопающий в роскоши, жадный до наслаждений

miseror, ātus sum, ārī: сочувствовать, жалеть кого-л. (+ *gen.*)

oblivīscor, lītus sum, livīscī: забывать

piger, gra, grum: вялый, ленивый,

tormentum, ī n.: пытка, мучение

ūro, ussī, ustum, ere: жечь

viso, vīsī (или vīdī), —, ere: рассматривать, разглядывать

vulnero, āvī, ātum, āre: ранить

23.2 **iuvat ... etiam libet:** приятно ... даже хочется

luxuriōsō ... pigrō ... dēsidiōsō: dat. commodī et incommodī (C§458-459)

supplicīi locō labor est: труд вместо пытки, locō в значении вместо употребляется с *gen.*

23.4 **haec:** объект crēdimus

23.5 **inbēcillī:** = imbēcilli

23.6 **oblītī quam ... sit:** конъюнктив в косвенном вопросе (C§853)

multīs: dat. commodī et incommodī (C§458-459)

vīnō: abl. inopiae (C§470) при carēre

prīmā lūce: с первыми лучами солнца, на рассвете
abl. temporis (C§546)

nātūrā: abl. limitatiōnis (C§494)

24.1 **magnō animō:** abl. modi (C§497)

iūdicandum est: II описательное спряжение (C§762-764)

24.2 **vidēbitur illārum vitium esse quod nostrum est:**

= vidēbitur (vitium), quod nostrum est, esse vitium illārum; nom. cum *īnf.* вводится гл. vidēbitur (C§1045-1049)

illārum: = rērum magnārum

24.3 **cum ... demissa sunt:** cum iterativum (C§999),

перфект указывает на предшествования действия придаточного предл. действию главного предл. (C§990)

curvī praefractīque vīsantibus reddunt. Nōn tantum quid videās, sed quemadmodum, refert: animus noster ad vēra perspicienda cālīgat. Dā mihi adulēscēntem incorruptum et ingeniō vegetum: dīcet fortūnātiōrem sibi vidērī quī omnia rērum adversārum onera rigidā cervīce sustollat, quī suprā fortūnam extet. Nōn est mīrum in tranquillitāte nōn concutī: illud mīrāre, ibi extollī aliquem ubi omnēs dēprimuntur, ibi stāre ubi omnēs iacent. Quid est in tormentīs, quid est in aliīs quae adversa appellāmus māli? hoc, ut opīnor, succīdere mentem et incurvārī et subcumbere. Quōrum nihil sapienti virō potest ēvenīre: stat rēctus sub quōlibet pondere. Nūlla

cālīgo, āvī, ātum, āre: блуждать в темноте
cervīx, īcis f.: шея, затылок
con-cutio, cussī, cussum, ere: потрясать, расшатывать
curvus, a, um: кривой, изогнутый
dē-primō, pressī, pressum, ere: опускать, подавлять
ex-sto (exto), —, —, āre: выдаваться, быть выше
ex-tollo, extulī, —, ere: поднимать
fortūnātus, a, um: счастливый, успешный, удачный
in-corruptus, a, um: неиспорченный
in-curvo, āvī, ātum, āre: искривлять, изгибать
opīnor, ātus sum, āri : полагать, считать, думать

prae-fringo, frēgī, fractura, ere: раскалывать, разрубать
